⁶⁵ huius] *om.* **C**

⁶⁶ mobilis] sensibilis **C**

⁶⁷ non sequitur] haec consequentia non valet **B**

⁶⁸ aliquid est] aliquod est **C** est aliquid **B**

⁶⁹ substantia] subiecto **B**

⁷⁰ et accidente] *om.* **C^{ac}**

⁷¹ pro] propter **C**

⁷² est] *om.* **B**

⁷³ et] *om.* **B**

⁷⁴ esse] *om.* **C**

⁷⁵ est] *om.* **C**

⁷⁶ secundum] *om.* **B**

⁷⁷ commento . . . decimo] *om.* **C**

⁷⁸ dicit quod] sic dicit **B**

⁷⁹ ut] quod **B**

simplicium et non compositorum ex substantia et accidente compositione essentiali et non compositione accidentali, ut homo albus.”ⁿ Haec ille⁸⁰. Ex hac auctoritate patet, quod duplex est⁸¹ compositio accidentis cum subiecto: essentialis⁸², scilicet⁸³ compositio accidentis proprii cum subiecto, et tale compositum est definibile; alia est⁸⁴ compositio non essentialis, quae est ex substantia et accidente communi, et tale compositum non potest definiri. Sed corpus mobile non est huiusmodi compositum, quia mobile est accidens proprium corpori.

Item dicitur in eodem commento, quod aliquae definitiones “significant res compositas essentialiter ex substantia et accidente,” et ibidem: “Simitas est in naso⁸⁵ de accidentibus essentialibus et⁸⁶ albedo in homine de accidentibus non essentialibus. Et ideo non est necesse, quod homo accipiatur⁸⁷ in definitione albedinis sicut⁸⁸ nasus in definitione simitatis⁸⁹.”^o Idem⁹⁰ dicit Commentator eodem septimo, commento duodevicesimo⁹¹, dicens⁹², quod “accidentia sunt in⁹³ subiectis duobus modis: aut⁹⁴ accidentaliter, ut albedo in homine, aut⁹⁵ essentialiter, ut simitas in naso,” et qui considerat ad primum modum, “negat accidentia habere definitionem,” et qui ad secundum, concedit ea habere.^p Haec ille⁹⁶. Similiter, quod homo albus sit ens per accidens et non⁹⁷ nasus simus vel corpus mobile, patet septimo *Metaphysicae*, commento quadragesimo primo, ubi dat “differentiam⁹⁸ inter hominem⁹⁹

ⁿ Averroes, *In Metaph.* 7, t.c. 17 (ad *Metaph.* 7.5, 1030b14–28).

^o Ibid.

^p Ibid., t.c. 18 (ad *Metaph.* 7.5, 1030b28–1031a2).

⁸⁰ haec ille] hoc ille **B om. C**

⁸¹ est] *om.* **B**

⁸² essentialis] essentiali **C**

⁸³ scilicet] sicut **B**

⁸⁴ est] *om.* **B**

⁸⁵ est in naso] in naso essentialiter est **C**

⁸⁶ et] *om.* **B**

⁸⁷ accipiatur] accipitur **B**

⁸⁸ sicut] sed **C**

⁸⁹ simitatis] simi **BC**

⁹⁰ idem] item **BC**

⁹¹ duodevicesimo] quarto decimo **C**

⁹² dicens] dicit **C**

⁹³ accidentia . . . in] accidens est **B**

⁹⁴ aut] vel **B**

⁹⁵ aut] vel **B**

⁹⁶ haec ille] *om.* **B**

⁹⁷ non] *om.* **B**

⁹⁸ dat differentiam] sic dicitur differentia **B**

⁹⁹ hominem] et *add.* **B**

musicum et nasum concavum¹⁰⁰: “quia nasus simus est unum¹⁰¹ essentialiter et concavitas est inseparabilis ab eo, homo <autem> albus est unum per accidens,” quia “albedo non est inseparabilis¹⁰² ab eo.” Item ibidem dicitur, quod “nasus dividitur in concavum et non concavum,” sicut “genus dividitur in suas¹⁰³ differentias essentielles.”^q Haec ille. Ex istis patet, quod aliquod aggregatum ex substantia et accidente est ens per accidens et aliquod non.

4.(2-4).1.1 Si obiciatur contra hoc et¹⁰⁴ dicatur¹⁰⁵, quod Philosophus quinto¹⁰⁶ *Metaphysicae* dividit ens in ens per se et ens per accidens et appellat illud “ens per accidens,” quod componitur ex substantia et accidente^r — dicendum, quod non appellat quodlibet compositum ex substantia et accidente “ens¹⁰⁷ per accidens,” sed quando illud accidens accidentaliter inest subiecto, sicut album in homine¹⁰⁸ vel aliud¹⁰⁹ accidens casualiter inhaerens subiecto, ut¹¹⁰ patet ibi per¹¹¹ exempla sua. Sed tale accidens¹¹² non est mobile respectu corporis.

4.(2-4).2 Ad secundum dicendum¹¹³, quod, licet mobile possit probari de corpore¹¹⁴, naturalis tamen non potest hoc probare. Supponit enim omnia aut¹¹⁵ quaedam moveri.^s Sed metaphysicus hoc potest probare¹¹⁶. Ratio huius est: quia naturalis non considerat de corpore nisi, secundum quod mobile est¹¹⁷, et per consequens in principio suae considerationis supponit¹¹⁸ corpus

^q Ibid., t.c. 41 (ad *Metaph.* 7.11, 1037a32–b7).

^r Cf. Aristoteles, *Metaph.* 5.7, 1017a7–30.

^s Cf. Aristoteles, *Phys.* 1.2, 185a12–14.

¹⁰⁰ concavum] est *add.* **B**

¹⁰¹ unum] unus **B**

¹⁰² non . . . inseparabilis] est separabilis **C**

¹⁰³ suas] duas **BC**

¹⁰⁴ obiciatur . . . et] obicitur **B**

¹⁰⁵ dicatur] dicitur **C om. B**

¹⁰⁶ quinto] sexto **BC**

¹⁰⁷ ens] esse **B**

¹⁰⁸ album in homine] argentum homini **B**

¹⁰⁹ aliud] aliquod **C**

¹¹⁰ ut] quod **B**

¹¹¹ per] quia **B**

¹¹² accidens] *om.* **B**

¹¹³ dicendum] *om.* **B**

¹¹⁴ de corpore] respectu corporis **C**

¹¹⁵ aut] vel **B**

¹¹⁶ potest probare] probare potest **B**

¹¹⁷ est] *om.* **B**

¹¹⁸ suae . . . supponit] considerationis suae considerat **B**

esse mobile. Si tunc probaret corpus¹¹⁹ esse mobile, idem supponeret et¹²⁰ probaret.

4.5 Ad rationes, quae probant, quod corpus naturale non sit¹²¹ subiectum.

4.5.1 Ad primam dicendum, quod, licet naturale¹²² significet¹²³ unum accidens, quia tamen illud accidens est accidens essentialia, ideo¹²⁴ non sequitur, quod corpus naturale sit ens per accidens. 4.5.2 Per idem patet ad¹²⁵ secundam¹²⁶, etsi concedatur¹²⁷, quod naturale¹²⁸ non sit specifica differentia corporis, sed differentia¹²⁹ accidentalis.

<5. *Contra aliam opinionem possibilem*>

Sic videtur, quod non sit magna vis, quid de numero¹³⁰ istorum quinque sit subiectum huius scientiae¹³¹. Videretur tamen alicui¹³², quod aliquod¹³³ commune ad omnia naturalia esset¹³⁴ subiectum huius, sicut res naturalis vel ens naturale, quod est commune ad omnia naturalia, in quocumque praedicamento inveniatur¹³⁵, sive sint corpora sive sint¹³⁶ non corpora.[†] Sed quod hoc sit falsum, proba: quia de re¹³⁷ naturali in communi nulla passio ostenditur in hac scientia. Oportet¹³⁸ enim, quod tale commune subiectum haberet communem passionem ad omnes res¹³⁹ naturales, cuiusmodi non concluditur hic. Si quaeras: “Quae passio concluditur hic de corpore naturali?,” dico¹⁴⁰, quod concluditur ipsum esse divisibile in infinitum, et quod

[†] Auctorem huius opinionis non inveni.

¹¹⁹ corpus] *illegibile* **C**

¹²⁰ et] quod **B**

¹²¹ sit] est **B**

¹²² dicendum . . . naturale] *illegibile* **C**

¹²³ significet] significetur **B**

¹²⁴ essentialia ideo] *illegibile* **C**

¹²⁵ per . . . ad] *fol. mutil.* **C**

¹²⁶ secundam] secundum **BC**

¹²⁷ concedatur] conceditur **C**

¹²⁸ naturale] naturalis **B**

¹²⁹ differentia] *om.* **B**

¹³⁰ de numero] *om.* **B**

¹³¹ scientiae] dicerem tamen propter auctoritatem Avicennae primo *Metaphysicae* suae praeallegatam, quod corpus naturale sit subiectum huius **B**

¹³² alicui] aliter (?) **B**

¹³³ aliquod] aliquid **B**

¹³⁴ esset] sit **B**

¹³⁵ inveniatur] inveniatur **C**

¹³⁶ sint] *om.* **B**

¹³⁷ re] *om.* **C**

¹³⁸ oportet] oporteret **B**

¹³⁹ res] *om.* **B**

¹⁴⁰ dico] dicitur **C**

ipsum movetur ab aliquo¹⁴¹, et quod prius pertransit¹⁴² partem propinquam¹⁴³ spatii quam partem¹⁴⁴ remotam, et sic de aliis multis¹⁴⁵; cuiusmodi passiones non possunt concludi de re naturali in communi.

<EXPOSITIO VETUS CUM QUAESTIONIBUS SUPER LIBRUM
PHYSICORUM ARISTOTELIS, Q. 1.1>

Quaerantur primo quaestiones generales. Et primo, quid sit hic subiectum.

1. <Opiniones quaedam>

1.1 Videtur, quod corpus sensibile sit hic subiectum, quia Avicenna primo suae *Physicae*, capitulo primo, dicit, quod subiectum scientiae naturalis “est corpus sensibile, secundum quod subiacet permutationi”;^a igitur corpus sensibile est hic subiectum.

1.2 Secundo videtur, quod ens mobile sit hic subiectum, quia per Philosophum, sexto *Metaphysicae*, prima scientia est de ente in communi et quaelibet alia scientia est de ente contracto;^b ergo ista scientia¹ est de ente contracto; sed non de ente contracto ad aliud quam ad motum; ergo ista scientia est de ente contracto ad motum, et per consequens de ente mobili.

1.3 Tertio videtur, quod mobile sit hic subiectum. Nam motus est prima passio in ista scientia; ergo primum subiectum motus est primum subiectum, de quo est ista scientia; sed mobile est primum subiectum motus; ergo haec scientia est de mobili tamquam de primo subiecto.

1.4 Quarto videtur, quod ista scientia sit de causis rerum naturalium tamquam de subiecto, quia in primo commento huius dicit Commentator, quod in principio ponit Philosophus causam, propter quam vult determinare de principiis rerum naturalium. Et super istam litteram: *Necesse aut² principium esse unum aut plura*,^c dicit Commentator, quod “finito prologo Aristoteles incipit perscrutari de principiis communibus omnium rerum naturalium”.^d Ergo ista scientia est de principiis rerum naturalium tamquam de subiecto.

^a Vide supra, n. f.

^b Vide supra, n. b.

^c Aristoteles, *Phys.* 1.2, 184b15.

^d Averroes, *In Phys.* 1, t.c. 6 (ad *Phys.* 1.2, 184b15–22).

¹⁴¹ aliquo] alio **B**

¹⁴² prius pertransit] per prius transit **B**

¹⁴³ propinquam] propinqua **C**

¹⁴⁴ partem] *om.* **B**

¹⁴⁵ multis] *om.* **C**

¹ scientia] entia **Ca^{ac}**

² aut] ante **Ca**

³ rerum naturalium] quae constituuntur **Ca**

1.5 Quinto videtur, quod natura est hic subiectum.

1.5.1 Nam per Commentatorem, secundo huius, commento tertio⁴, natura est subiectum huius scientiae.^e

1.5.2 Ad idem⁵ Philosophus in principio huius dicit, quod manifestum est, quod in scientia, quae est de natura, prius est determinandum ea, quae sunt circa principia;^f et loquitur ibi Philosophus de ista scientia; ergo haec scientia est de natura.

1.5.3 Item⁶ in principio tertii *Physicorum* dicit Philosophus, quod oportet, quod⁷ ignorato motu ignoratur et natura; et ideo oportet determinare de motu in ista scientia, quia ista scientia est de natura, cum natura sit principium motus;^g ista ergo scientia est de natura, et per consequens natura est hic subiectum.

2. <Alia opinio famosior>

<Alia est opinio famosior dicens, quod corpus mobile est hic subiectum.>

2.1 Ad oppositum.

2.1.1 Videtur primo, quod corpus mobile non sit subiectum hic, quia “mobile” est passio corporis naturalis, ergo non est pars corporis naturalis nec ratio formalis eius. Vel sic: “Mobile” est passio subiecti huius scientiae, ergo non est pars subiecti huius scientiae nec ratio formalis subiecti; sed “mobile” est pars huius totius, quod dico “corpus mobile”; ergo istud totum “corpus mobile” non est hic subiectum. Quod autem “mobile” sit passio corporis naturalis, declaratur: quia “mobile” habet principia in corpore naturali, per quae potest ostendi de corpore naturali. Nam corpus naturale includit naturam, et natura est principium motus. Unde hic est demonstratio propter quid: Omne habens⁸ naturam est mobile; omne corpus naturale est habens naturam; ergo etc. Et sic patet, quod “mobile” est passio corporis naturalis.

2.1.2 Item⁹ de ente per accidens non est scientia per Philosophum, sexto *Metaphysicae*;^h sed corpus mobile est ens per accidens; ergo etc. Probatio minoris: nam corpus est de genere substantiae, et “mobile” importat rem de

^e Cf. Averroes, *In Phys.* 2, t.c. 3 (ad *Phys.* 2.1, 192b20–32) in fine.

^f Cf. Aristoteles, *Phys.* 1.1, 184a14–16.

^g Cf. *ibid.* 3.1, 200b12–15.

^h Cf. Aristoteles, *Metaph.* 6.2.

⁴ tertio] octogesimo **Ca**

⁵ idem] istud **Ca**^{ac}

⁶ item] iterum **Ca**

⁷ quod] et **Ca**

⁸ omne habens] quae insunt **Ca**^{ac}

⁹ item] iterum **Ca**

genere accidentis; ergo corpus mobile est aggregatum ex rebus diversorum¹⁰ generum, et per consequens est ens per accidens.

2.1.3 Item omnis scientia est de immobili, quia omnis scientia est de universali, et omne universale est immobile; si ergo ista scientia esset de corpore mobili¹¹, sequitur, quod corpus mobile esset immobile et mobile esset immobile.

2.1.4 Item, si corpus mobile esset hic subiectum, ista scientia esset subalternata¹² metaphysicae, quia subiectum huius scientiae esset inferius ad subiectum metaphysicae. Et tunc est una scientia subalternata¹³ alteri, quando subiectum huius continetur sub subiecto alterius. Sed quod ista scientia non sit subalternata¹⁴ metaphysicae, patet, quia physica¹⁵ et metaphysica et mathematica sunt primae partes philosophiae ex opposito distinguentes philosophiam, et per consequens nullum illorum subalternatur alteri.

3. <Responso auctoris secundum primam viam>

3.1 Ad quaestionem dicitur communiter, quod corpus, secundum quod est mobile, est subiectum huius scientiae, quia istud est subiectum scientiae, de cuius proprietatibus et principiis determinatur in scientia; sed in ista determinatur de proprietatibus et de principiis corporis, secundum quod est mobile; ideo dicitur¹⁶, quod corpus, secundum quod est mobile, est hic subiectum.

Sed intelligendum secundum istam viam, quod, cum dicitur¹⁷: “Corpus¹⁸, secundum quod est mobile, est hic subiectum,” ly¹⁹ mobile non est pars subiecti nec hoc, quod dico “secundum quod,” sed dicit modum, sub quo corpus est subiectum. Et ideo, si quaeratur de subiecto et non de modo, sufficit dicere, quod corpus est subiectum. Unde cum dicitur: “Corpus mobile est subiectum hic,” ly mobile non contrahit corpus ad rem sed ad modum considerandi ita, quod denotatur, quod corpus consideratum, secundum quod est mobile, est hic subiectum.

3.2 <Ad rationes in contrarium>

3.2.1 Sustinendo istam viam dicendum est ad primam rationem concedendo, quod mobile non est pars subiecti huius scientiae, cum sit passio subiecti,

¹⁰ diversorum] diversum **Ca**

¹¹ mobili] immobili **C**

¹² subalternata] subalternater **Ca**

¹³ subalternata] subalternater **Ca**

¹⁴ subalternata] subalternater **Ca**

¹⁵ physica] philosophia **Ca**

¹⁶ dicitur] dicere **Ca**

¹⁷ dicitur] dicere **Ca**

¹⁸ corpus] *om.* **Ca**^{ac}

¹⁹ ly] *om.* **Ca**^{ac}

nec est mobile pars illius, quod denotatur esse subiectum sic dicendo: “Corpus, secundum quod est mobile, est hic subiectum,” quia per istam solum denotatur, <quod> corpus est subiectum — corpus dico²⁰ consideratum sub ratione mobilis.

3.2.2 Ad aliud dicendum eodem modo, quod, cum dicitur: “Corpus, secundum quod est mobile, est subiectum,” non denotatur²¹, quod aggregatum ex corpore et mobili sit subiectum, sed solum denotatur, quod corpus est subiectum²². Et corpus non est aggregatum per accidens. Unde non sequitur: Corpus in quantum mobile est subiectum, ergo ens per accidens est subiectum. Distinguendum est tamen de ente per accidens²³, nec est omni modo negandum, quin²⁴ de ente per accidens est²⁵ scientia. Nam “ens per accidens” dicitur uno modo illud, quod non habet determinatam causam, cuiusmodi sunt propositiones de futuro in materia contingenti²⁶; et de tali per accidens non est scientia. Alio modo dicitur “ens per accidens” illud, quod est aggregatum ex rebus diversorum generum, ut ex subiecto et accidente. Et tale est duplex, quia aliquod est aggregatum ex subiecto et accidente communi, et aliquod est aggregatum ex subiecto et accidente proprio. Exemplum primi: sicut homo albus; et de tali ente per accidens non est scientia. Tamen de ente per accidens, quod est aggregatum ex subiecto et accidente proprio, bene potest esse scientia. Unde Commentator septimo²⁷ *Metaphysicae* dicit, quod compositum ex subiecto et accidente proprio habet definitionem, et tale dicitur esse compositum essentialiter; sed compositum ex subiecto et accidente communi dicitur²⁸ “compositum” accidentaliter, et tale non habet definitionem.¹ Cum ergo de isto, quod habet definitionem, sit scientia, patet, quod scientia potest esse de composito ex subiecto et accidente proprio.

3.2.3 Ad aliud argumentum dicendum concedendo, quod ista scientia est de immobili tamquam de subiecto, cum sit de universali, et quod haec est distinguenda²⁹: “Corpus, secundum quod est mobile³⁰, est hic subiectum,” ex eo,

¹ Vide supra, n. n.

²⁰ dico] *om.* **Ca**^{ac}

²¹ denotatur] denominatur **Ca**

²² subiectum] aggregatum *add.* **Ca**^{ac}

²³ accidens] dicitur uno modo *add.* **Ca**^{ac}

²⁴ quin] *om.* **Ca**^{ac}

²⁵ est] non *praem.* **Ca**^{ac}

²⁶ contingenti] contingencia **Ca**

²⁷ septimo] octavo **BC**

²⁸ dicitur] *iter.* **Ca**^{ac}

²⁹ distinguenda] quod *add.* **Ca**

³⁰ mobile] immobile **Ca**

quod ly³¹ corpus potest habere suppositionem simplicem vel personalem. Si simplicem, sic est verum³², quod corpus, secundum quod est mobile, est hic subiectum, quia hoc commune: “corpus” consideratum sub ratione mobilis est subiectum. Et certum est, quod commune est immobile per se. Nec valet illo sensu: “Corpus mobile est immobile, ergo mobile est immobile.” Verumtamen accepto subiecto consequentis, ut supponit simpliciter, sic est consequens verum; unde haec est vera: “Mobile est immobile.”

3.2.3.1 Si dicatur, quod³³ secundum istud tota scientia naturalis esset de immobilibus; quod non est verum, cum Philosophus dicat in littera: “Subiciantur nobis³⁴ omnia naturalia aut quaedam³⁵ moveri”^j — dicendum est, quod scientia naturalis dicitur esse de mobilibus quia de illis, quae solum sunt communia ad mobilia. Unde hoc commune: “corpus mobile,” quamvis sit immobile, tamen, <quia est> commune solum ad mobilia³⁶, <est mobile>. Unde concedo, quod tota scientia naturalis est de immobilibus primo, quae³⁷ immobilia sunt solum communia ad mobilia.

3.2.4 Ad aliud argumentum dicendum secundum istam viam, quod non sequitur, quamvis subiectum huius scientiae contineatur sub subiecto metaphysicae, quod propter hoc ista scientia subalternatur metaphysicae. Nec ad subalternationem³⁸ scientiae sufficit, quod subiectum scientiae continetur sub subiecto alterius, sed requiritur, quod subiectum scientiae subalternatae addat aliquam differentiam essentialem supra subiectum scientiae subalternantis³⁹. Requiritur etiam, quod scientia subalternans habeat propria principia scientiae subalternatae. Et quia id, quod⁴⁰ subiectum huius scientiae addit supra ens, quod est subiectum metaphysicae, non est extraneum enti, sed includit ens, ideo ista scientia non subalternatur metaphysicae.

3.2.5 Et⁴¹ si dicatur, quod⁴² omne corpus est mobile et omne mobile est corpus, ergo hic est nugatio sic dicto: “Corpus mobile est hic⁴³ subiectum”—

^j Cf. supra, n. s.

³¹ ly] *om.* **Ca**^{ac}

³² verum] vera **Ca**

³³ quod] *add. supra lin. post istud* **Ca**

³⁴ nobis] *om.* **Ca**^{ac}

³⁵ aut quaedam] *autem quidem* **Ca**

³⁶ tamen . . . mobilia] *add. in marg.* **Ca**^{pc}

³⁷ quae] *illegibile (verbum in rasura scriptum)* **Ca**

³⁸ subalternationem] *alternationem* **Ca**

³⁹ subalternantis] *alternantis* **Ca**

⁴⁰ quod] *est add.* **Ca**^{pc}

⁴¹ et] *om.* **Ca**^{ac}

⁴² quod] *om.* **Ca**^{ac}

⁴³ hic] *om.* **Ca**^{ac}

dicendum, quod, si mobile esset pars subiecti ita, quod illud totum “corpus mobile” esset unum extremum, tunc hic esset nugatio: “Corpus mobile est subiectum.” Sed quia mobile non est pars subiecti, sed una determinatio corporis determinans corpus ad certum modum considerandi, ideo non est nugatio dicendo⁴⁴, quod corpus mobile est subiectum⁴⁵.

4. <Responsio auctoris secundum secundam viam>

4.1 Aliter potest dici ad quaestionem, quod subiectum totius scientiae naturalis est res naturalis, sed subiectum huius libri est principium rei naturalis.

4.1.1 Primum patet, quia illud est subiectum in tota scientia naturali, quod est commune ad omnia, de quibus determinatur in illa scientia; sed res naturalis est huiusmodi⁴⁶, et hoc accipiendo rem naturalem indifferenter pro eo, quod est naturale secundum veritatem et secundum opinionem. Unde infinitum et vacuum sunt res naturales secundum opinionem et non secundum⁴⁷ veritatem. Ideo dico, quod, accipiendo rem naturalem communiter pro re naturali secundum veritatem et opinionem⁴⁸, quod res naturalis⁴⁹ est subiectum in tota scientia naturali.

4.1.2 Secundum patet, scilicet quod principium rei naturalis est subiectum huius libri, quia in isto libro determinatur de⁵⁰ quattuor generibus principiorum rei naturalis, videlicet de materia et forma, <de> fine et⁵¹ de efficiente rerum naturalium, et ista quattuor sunt per se subiecta huius scientiae. Sed primum subiectum huius scientiae est unum commune ad ista, scilicet hoc commune: “principium rei naturalis.” Unde principaliter determinatur hic de principiis rerum naturalium. Unde Philosophus in principio huius libri dicit⁵², quod oportet naturalem determinare de principiis rerum naturalium⁵³.^k Sed “res naturalis” est communis ad omnia, de quibus determinatur in scientia naturali. Et quia illa scientia de re habente causas non habetur nisi per cognitionem causarum, ideo⁵⁴

^k Vide supra, n. f huius quaestionis; cf. n. d.

⁴⁴ dicendo] dicendum **Ca**

⁴⁵ mobile . . . subiectum] *om.* **Ca**^{ac}

⁴⁶ huiusmodi] *om.* **Ca**^{ac}

⁴⁷ non secundum] *om.* **Ca**^{ac}

⁴⁸ opinionem] dico *add.* **Ca**

⁴⁹ naturalis] naturales **Ca**^{ac}

⁵⁰ de] *om.* **Ca**^{ac}

⁵¹ et] *om.* **Ca**^{ac}

⁵² libri dicit] *om.* **Ca**^{ac}

⁵³ quod . . . naturalium] *add. in marg.* **Ca**

⁵⁴ et quia . . . ideo] quia . . . et ideo **BC**

Aristoteles in primo libro scientiae naturalis, scilicet in libro *Physicorum*, determinat de principiis rerum naturalium propter cognitionem ipsius compositi ex causis; et compositum naturale est primum intentum in scientia naturali et subiectum principale in tota scientia naturali, sed res naturalis est subiectum contentivum et subiectum commune ad omnia, de quibus determinatur in scientia naturali.

4.2 <Ad rationes in contrarium>

4.2.1 Ad primum argumentum⁵⁵ dicendum secundum istam viam, quod corpus, secundum quod sensibile vel secundum quod mobile sit, est⁵⁶ subiectum principale in tota scientia naturali. Unde Avicenna, quando dicit, quod subiectum istius scientiae est corpus, secundum quod est sensibile, loquitur de tota scientia naturali.

4.2.2 Ad aliud concedo, quod ista scientia est de ente contracto, quia est de aliquo speciali ente, scilicet de principio rei naturalis.

4.2.3 Ad aliud dico⁵⁷, quod motus est prima passio in tota scientia naturali, et ideo subiectum motus, quod est corpus compositum, est principale subiectum, de quo est scientia tota naturalis; sed res naturalis est subiectum commune et contentivum in tota scientia naturali.

4.2.4 Ad aliud concedendum est, quod ista scientia est sic de causis rerum naturalium tamquam de subiecto.

4.2.5.1 Ad aliud <dico>, quod Commentator dicit naturam esse subiectum, quia est suppositum in hac scientia. Ista enim scientia supponit naturam esse subiectum. Vel dicit⁵⁸ naturam esse⁵⁹ subiectum, quia materia et⁶⁰ forma sunt subiectum⁶¹, et natura dicitur de materia et forma.

4.2.5.(2–3) Ad aliud per idem⁶², quod ista scientia dicitur esse de natura, quia est de materia rei naturalis et de forma rei naturalis, et utrumque est natura.

Dicitur etiam scientia naturalis esse de natura non tamquam de subiecto, sed tamquam de principali in subiecto. Unde res naturalis est subiectum in tota scientia naturali, et natura est principale in re naturali, a qua res denominatur naturalis.

⁵⁵ argumentum] .p. <= Philosophum > **Ca**^{ac}

⁵⁶ est] *om.* **Ca**^{ac}

⁵⁷ dico] *om.* **Ca**^{ac}

⁵⁸ dicit] quia *add.* **Ca**^{ac}

⁵⁹ esse] est **Ca**

⁶⁰ materia et] *om.* **Ca**^{ac}

⁶¹ sunt subiectum] *om.* **Ca**^{ac}

⁶² idem] illud **Ca**^{ac}

4.3 <Ad aliam rationem contra istam viam>

Si dicatur contra istam viam, <quod,> si res naturalis esset subiectum in scientia naturali, tunc in aliqua⁶³ parte scientiae naturalis ostendetur aliqua⁶⁴ passio de re naturali, quod non est verum; similiter, si principium rei naturalis sit subiectum in hac scientia, aliqua⁶⁵ passio ostenditur in ista scientia de principio rei naturalis, quod non est verum — ad ista⁶⁶ dicendum, quod non oportet, quod in scientia ostendatur aliqua⁶⁷ passio de primo subiecto scientiae, sed sufficit, quod ostendantur passionibus contentorum sub primo subiecto et investigentur proprietates primi subiecti — sicut patet, <quod> ens est subiectum metaphysicae et nulla passio ostenditur de ente in metaphysica, sed quia in metaphysica investigantur passionibus et proprietates specialium entium, ideo ens dicitur esse subiectum in metaphysica; et eodem modo est ex parte ista; ergo etc.

Neusäß (Schwaben)

⁶³ aliqua] alia **Ca**

⁶⁴ aliqua] alia **Ca**

⁶⁵ aliqua] alia **Ca**

⁶⁶ ista] istam **Ca**

⁶⁷ aliqua] alia **Ca**